

porum eius eternitatem. Hec autem ipsa^{hh)} temporalis pulchritudo, que rerum transitu ac successuⁱⁱ⁾ peragitur, historica narratione comprehenditur, que ab initio mundi usque ad finem in hoc opere plenissime describitur.

c. 7^{kk)}. Apologia de^{ll)} universitate scientiarum

Siquis autem presumptionis me velit arguere^{mm)}, quod ego — non dicam in omni facultate vel arteⁿⁿ⁾, nec in una quidem satis edoctus — ausus sim^{oo)} et ^{pp)} huic operi divisiones omnium scientiarum et artium materiamque et ordinem singularum^{qq)} tam diligenter inserere: audiat iterum me non per modum doctoris^{rr)} vel tractatoris^{rr)}, sed per^{ss)} modum^{ss)} excerptoris ubique procedere nec circa difficultates quarumlibet artium enucleandas^{tt)} propositum meum^{uu)} instituisse, sed levia quedam et plana^{vv)} de singulis memorieque utilia sub brevitate quadam ut cetera posuisse. In quibus etsi forsitan^{ww)} aliqua sunt, que non multum^{ww)} expediat^{xx)} scire, quandoque^{yy)} tamen hec ipsa turpe est ignorare. Et quia succedentibus aliis facile de memoria elabuntur, michi quidem visum est, etiam horum memoriale quoddam compendiosum inter cetera, que hoc opere continentur, ordine congruo ponere, ad quod pro loco et tempore opportuno studiosi lectoris animus valeat recurrere. Ad hoc autem ipsum nostrorum quoque studiis provocatus sum: Ysidori videlicet Yspalensis et Hugonis atque Richardi Parisiensis^{zz)}, quorum primus in libro Ethimologiarum²⁰⁾ inter cetera, de quibus agit, et^{a)} de unaquaque scientia pauca breviter tangit^{b·c)}; secundus in libro Didascalicon²¹⁾ scientiam universaliter dividit ac subdividit, singularumque materiam breviter^{b)} describit; et tertius in^{d)} libro, qui^{d)} dicitur Excerptionum²²⁾, idem facit.

hh) <i>fehlt D</i>	ii) succensu R	kk) 6 R	ll) <i>fehlt N₁</i>	mm) red-
arguere DR	nn) <i>folgt</i> sed DR	oo) sum D ₂	pp) etiam D	
qq) singularumque R	rr-rr) auctoris N ₃	ss-ss) <i>fehlt N₃</i>	tt) enu-	
cliendas D ₁	uu) <i>folgt</i> fuisse H ₁	vv) plena D ₁	ww-ww) tam	
aliqua que multum H ₄	xx) expedit D	yy) quam N ₃	zz) Pa-	
riensis N ₃	a) etiam H ₃ H ₄ H ₅ D	b-b) <i>fehlt D₁</i>	c) describit	
d-d) qui in libro N ₃				

²⁰⁾ Isidor, Etymologiae, ed., W. M. Lindsay (1911).

²¹⁾ Hugonis de S. Victore Didascalicon de studio legendi, ed. Charles Henry Buttimer (The Catholic University of America. Studies in Medieval and Renaissance Latin 10, 1939).

²²⁾ Richardus de S. Victore, Liber Excerptionum, ed. Jean Châtillon (Textes philosophiques du moyen-âge 5, 1958).